te caput sui amatoris tactu blando pungens. de sui cetera mēbra dolorosa
restituit pristine sanitati. Cumque vir dei pacientem margaritam corporalibus
intueret oculis ineffabili gaudio implet, et fulgore pulchritudinis eius ferre nō
potens ad eius cecidit pedes. quē statim illa precipiente, duo pulcherrimi iuue-
nes, qui iuxta eam stabant de terra leuauerunt. Scire debes mi care quod amor
meus ihesus xpc. hic et in futuro te et omnes me honorantes paratus est honorare.
Et quia perdidisti linguam quam pro ydolatria expenditam, Ecce accommodabo tibi ling-
wam meam in greco et latino peritissimam. Preterea omnes cum familie noueris
esse recentas in sinu abrahe, facto insuper die cum missarum solempnia celebra-
ueris lecto eburneo singula mēbra abbatis de oleo quod sudat de tumulo
meo perungas, sicque sanitati et antiqua diuinum officium compleas ad statum
pristinum reformabitur. His dictis xpi virgo dextram pontificis apprehendit,
deditque ei. Anulum preciosissimum, et cartam aureis litteris exaratam, et
tunc disparuit, Tunc maximus odor flagrantis ibidem remansit, Carta
autem tres lineas continebat. prima talis est. Sit inter me et te signum
dilectionis perpetue, 2a. fecit tibi meritum ingens dolor fiat tibi gau-
dium vehemens amor, 3a. Ducem baptisabis, filius ad patria meabis,
Quibus decem annis completo laudabiliter motum eius in celi pallacio
remeabis, Ipsaque decanno completo laudabiliter, motum eius in celi pallacio
Tunc vir dei immensas laudes et gracias auctori reddidit, pro tam ineffabili
Tunc vir dei immensas laudes et gracias auctori reddidit, et cum episcopum ad altare per-
gebat, facto in mane dux montem ascendit, et cum episcopum ad altare per-
solacie, facto in mane dux montem ascendit, et omnia mēbra integraliter conspiceret
sentem, loquentem, videntem, et omnia mēbra integraliter habentem conspiceret
obstupuit vehementer. Tunc lecto eburneo presente duce Abbatis mēbra
que in medio erat positus per ordinem perunxit Et cum omnes viderent vnus assi-
que in medio erat positus per ordinem perunxit Et cum omnes viderent vnus assi-
stente, Quibus nebulis paulatim renascentibus, antiquum diuinum officium perfece-
runt, Quibus nebulis paulatim renascentibus, antiquum diuinum officium perfece-
plenissime est sanatus. Cuius viso miraculo, dux lacrimis perfundi corde compungi
fidem amplecti et cum multis nobilibus presente credentibus ab episcopo baptisatus
est cum heredibus. totaliter seculo abrenunciantibus, terram suam vendidit,
et vnam porcionem degentibus in monte synaj tradidit. Romam cum episcopo
et abbate et alijs multis deuocionis gracia venit, Multa enim pondera se-
cum ferens pauperibus tribuit, de inde ad conspectum sancti Sabini et abbatis mo-
nasterium virginum quod dicitur aula, in honore sancte katherine fundauit, quod
certa multis possessionibus ditauit et diuersis ampliauit, Postremo in monte
cassino sepe dictus dux, monachalem habitum suscepit, ibique xpo regi
suisque matri et beate katherine, quam diu vixit deuotissime militauit, Beatus
vero Sabinus, cum per decimum annum ad extremam venisset horam, dignum
deo spiritum exalauit, Sicut lingwa eius in ore mortui apparet, Nulli dubium
est quin beata martir et virgo katherina eam tulerit, que suo deuoto famulo
eam per decennium accommodauit, In huiusque glorie miraculi memoriam Anulus
et carta apud mediolanenses usque hodie seruatur, vbi honore et reuerencia
deo et beate katherine exhibentur,

Barbare vita.

Barbara a puericia sua studijs liberalibus fuit tradita Cumque cepisset poeticas
legere nugas, et speciosa mendacia, Cumque aristotilis atque platonis mais
alta transnatasset, assiduis autem suspirijs perscrutabat. Cumque defuisset uera
dei noticia, qui eam tam preclaro ingenio meruisset adornare, Veritatis
vero eorum, quos puta deos pandebat, hic illaque in libris reperta, cunctaque in
templis depictos intuens sub occulto iudicio cordis, cuncta dissuadebat, cuncta
reprehendebat et velud iustissimus iudex tanta condempnabat, Ita diffinies, Si
lex patricidas in culeo demergendos clamat, Iupiter aut fuit patricida
similis. Quomodo ergo deus dicitur qui in legem peccauit, et pelago dedicatus fuit
Aut lex errat aut iupiter. Aut forte dijs solis licet penitus occidere, et hoc
eorum prerogatiua esse, ut quicquid voluerit faciat, putasne absque condicione mestis
eius equitas et iniquitas Sed iam licet errorem corrupcione, et gubernas habet
quod in hominibus non remanet in vltu, Sunt itaque mi sunt leges, Magis sunt dij

ꝑ leges eque sit / Dij aut porro iniqui, q eadem scelera perpetrare nō erubuerint
Quapropter minime valde quare putat hijs inesse diuinitatem qui nullam re
spuerunt iniquitatem, hec et plura de hijs dijs in pectore suo industriosa barbara
tractabat, Sz iam quociens ad delubra pergit corpore, totiens ad vota pergit
corde, Instigauit enim parentis stimulus et natura pungit arcius, Cuiusqz videt w(?)
de, procerttesqz genua curuare, lignis, lapidibus et metallis, supersticiosa indigna
ritum, sibi in tante modum compulens Si michi sors euenerit sic faciendi, Quid
agam, Pronam genua an reluctabor, Si genua posuero sensibilibus insen
sibiles adorabo, loquar mutis, videns non videntes, audiens non audientes,
adorans non adorantes, palpans non palpantes Et quid eque veri, caro non
carnem, quamuis habent membra carnis, Si autem refutauero Quid respondebo
interroganti Si habeam veri dei noticiam et illum michi pro fine ponerem, cuius
causa falsos deos repudiarem, quid ergo eligam incertum teneo Si flexero
genua corporis et cordis nequaquam, Quid enim in obest utriqz, sic non proderit
ita non oberit, Inter has aut fluctuacionis cum posita, quid ageret vel distre-
ta nesciebat Adolescencia carpebat iter eo tempore cum incentiua carnis bella
tetigerat, sz cupido diuine cognicionis, que regnabat in apice cordis, exting
uebat omne bellum corporis, Preterea peruenit rumor laudis in Nicomediam
allexandrie ad sapientissimum virum nomine Origenem, Cuius facundia totum
perstrinxerat ad ostensionem veri dei Cui in facie nemo obstiterat, nec scriptura
restiterat, Qui certis indicijs commendaret veram deitatem, et ydolorum co
funderet vanitatem, Huius rei aura, auribus barbare infusa, totam
domum pectoris eius exhilarabat, et nebulas perturbacionis expulsit, Cepitqz
ipsi vero feliciter pertractare, et sedule deliberare, quo genere fieri posset ut eum
audiret aut videre posset Erat enim pater suus, a maioribus et claris genere
trahens non, diastorus Adhuc tamen barbara misterium suum patri non reuelat
quare cum furere contra deos sciebat, Nam ab eo erat velud victima in perhenne
seruicium deorum deputata, Quid faceret cogitauit, cum neminem se traducturam
decerneret, Peruenit ad hoc consilium, ut litteras eius sapientissimo viro Allexan-
drino Origeni dirigeret, quibus ei secretum suum patefaceret, in hec verba, Viro
allexandrino, nobilitate animi, largitateqz conspersso, Origeni Barba
ra Nicomedie Ciuis ac ancilla, decus et honorem desiderij mei, desideratum
carpi fauorem totiusqz diuinitatis ostensore A prima enim scintilla ingenij
mei, hoc toto ex corde concupiui, Et quamquidem cum veri dei noticiam puerice
raciocinata meum, falsam et nullam lignis et lapidibus inesse diuinitatem
figura quippe humana arte composita, nullo modo deitatem, sz neqz ullam recipit
sensibilitatem (aurum quodcumqz genere figuretur non est aliud quam aurum) Sic de ligno
et lapide sentio Que cumqz formis informetur non tamen desinunt esse quod fuerunt
Res aut cognoscitur ut veritas habeat, Sepe astiti eis exponendi causa
magis quam venerandi, sz ut in forma ad, et modi forme michi visi sunt
loquentes, nec audire michi alloqui, nec palpare nec sentire impulsi, vel ver-
sati, vel respondere inquirenti, dubitans sepe de hoc, An homines fuerunt, qui
ut dij coluntur, quos tamen homines, et libri reprehendunt et eos vita contemptibi-
lem egisse testantur Vnde mecum diu pertractans reprehendi, falsos dici deos,
quos homines constaret esse malos, Nec posse homines esse cum principio et fine, quod
ante secula fuerit, et post secula erit, Deus enim per quem tempora facta sunt, ut in
veritate ante tempora fuit a quo tempora sunt, homo autem fuit in tempore, Quomodo igitur temporale intemporale,
aut intemporale temporale, Non ergo deos vnquam credere potui quos homines mortales
agnoui, In multis tamen motibus animi posita, comprehendi, deum nobis ignotum
procul nobis esse, Qui solus intemporalis temporalia, per tempora faciat, In quibus fuerunt et
homines quos porphiria supersticio putant deos, Hunc quamuis adhuc latentem
et michi ignotum ex amaui, huic me ex deuoui, a quo sum id quod sum, inspirasse me sen-
tencia fallat cum spiritu auctatam me sentio, et non desistam donec ad eum perueni-
am, Quapropter fame tue tumultum, pro venerabilius propulsa mente iam te-
cum meam, hijs apicibus inuoluere censui, Vt sicut velut in visceribus mei, quo veri-
tatis contemptis penates et manes deos, illum solum deum inuestigarem ut fama
fert, supplices offero preces, Dissolue noctem ignorancie, cahosqz confusionis

ab anulle ~~uel~~ vere prodiiß, et indiuit solem proprie luminisque consideracionis ap=
petitus enim verum deum fore, qui fecit visibilia et invisibilia, Et utrum sit vere unus,
ut ipsa iam diu mecum argumentata sum, Cuius autem sit et qualis est et quantus est, ape-
p. trahi rire michi digneris, Ut et legati veri testimonio compleam, valete. hanc epistolam
nuncio dans, cautissime dirigat allexandriam ad origenem barbara virgo
districta Est autem Alexandria in finibus affrice et egipti constituta Caput
regionis illius, Nicomedia vero in provincia fenicis que est sita ab oriente habens
arabiam a meridie mare rubeum, Cum ergo hec due urbes altrinsecus longe
distant, dubitat barbara nunc effectissimos ut ipse quem legauerat, ne aut
infortunio adversante legacionem pervertet, Unde clamat ad deum quem non noverat
et per quo mandaverat, sepe in cubiculo cordis lacrimabilem fudit oracionem O
Domine cuius amor et exigmans desiderium tanto tempore non frustra exarsit deus
quem solum, et absque sociatate credo deum, Tu si a te est appetitus meditacionis
mee, si in temetipsum revelare digneris, dirige et forma pedes eius, quem
ad famulum tuum misi, ne ante me, aut illum mors perveniat, qua velaris
veniat, hiis et aliis postulacionibus barbara intenta et patrem pretextu egritu-
dinis deludentis Interea legatus allexandriam ingreditur, Et exquisitum
sapientissimum origenem reperit, Intra pallacium mamee matris Cesaris
alexandrie Ubi occupabatur in docendo eam eiusque familiam xpianam
religionem. Cui presentatis barbare litteris recepit leticia, ut terram
pariter osculareret, benedicens et laudans deum, quod quasi quibus semen suscitaverat abrahe
de saxo durissimo gentilitatis Etiam sine sono verbi, sola unccione spiritus sancti,
quod mamee non celans, sidem auribus perdidit, pro deum quod talia operatur magni
ficat, tunc accelerat doctor constantissimus desiderio barbare rendens in hunc modum
Origenes indignus veri dei sacerdos et per ut populi est censor. Adhuc cel
nite allexandrie degens barbare virgini, Bene de genere fili in adopcionem filiorum
transgressure in xpo ihesu veram salutem. Novum diuine operacionis genus nobis
novum suscitavit gaudium, aliis novum spectaculum prebens. Cuius enim audivit ab er-
rore gentilitatis, ad normam fidei cristiane quemadmodum a deo inspiratam, ante
omnia sponte sua de fide et hoc non in tempore, Nemo autem a deo obtinuit graciam,
ut non indiget exteriori magistro ad eiusdem noticiam capiendam. Nam tibi nichil
remanet scrutatore, nisi ut ipsa scrutaris. Cuius sit et qualis et quantus sit. Cum
quod sit ipse auctor nostra iam quod et alia visa fuerint oportere, prout ipse donaverit
conabimur breviter edocere. Deus enim non est dictum substancie significativum, ut unus
tamen nomen proprium, quo non aliter appellabitur, quia sentire experimentum, quid sit deus, et spectat
omnia et diligit omnia, qui condidit universa. Hoc tamen nomen ethimologiam a grecis sumpta est, vel
aliter a theoron quod est videre vel a verbo creo et theos quod est certo, quia omnia quod fuit in se ipso
videt, cum nil extra se ipsum appareat quia nichil contestur, quia et creavit omnia, cum motus
est stabilis, et status mobilis, deus in se ipso stat incommutabiliter, nunquam naturalem stabilitatem
deserens, et mouet se ipsum per omnia, ut motu suo essencialiter subsistat. Sunt
eciam alia nomina que deus dicitur, que aptari possunt, secundum quod tibi et quibus ut omnipo-
l. nichil magnus bonus immensus eternus et quamplurima alia. In quibus liquet est ipse quod quibus et quantus, ut opus
quia omnipotens tamen et omnipotens est bonus, quia bonitas tamen et quia bonitas est si detecerit,
Unde sicut non est potens deum esse, ita nec potest deum potens bonus, in quo non est bonitas
cum et substancie, Itaque cognosceris deum magnum in quantitate, bonum in qualitate, quia eternus quia magnus
est eo quod in quantitate, quia bonus est et plusquam bonus. Et quia unus et plusquam unus. Et quia
longum est tendere ad singula omnia, recedamus Cuiusque hoc omnia intra sacre fidei scripta,
non recepit, non tamen unde ad deum pertingere possit. Tu autem hec intellige, intellecta
crede, Et si quid defuerit ad plenitudinem desiderii, in legato meo require, qui te
lege sacra erudiet, et libros quos secum defert instruet, premoneo tamen si fors
evenerit, ut pro nomine xpi non dubites, te omnibus tormentis tradere et mortem quoque
offerre, Ipse enim dixit Cui perdiderit animam suam propter me in hoc mundo, in vitam eternam
custodit eam. Vale sempiterne salutis filia, ad vota tua quottidie melius pollens.
Explicit epistola. De conspiracione unius cum litteris festine misit ad barbaram. Remisso
sed legato barbare, cum diversis persuasionibus venenosis affectum quidam fines. Ni-
comedie contigisset, cogitaverunt intra se aquerunt, fallendi modos et astucie causas.
Contingens ingressi civitatem, dominique barbare suscepit, et arbitrio patris eius et desiderio
barbare satisfacerunt. Venturi ut ad patrem suum. Ut audivit in lectulo, ex longo,

prostratam, indeque trahunt argumenta fallendi. Illa autem non corporali labo-
rabat languore, sed dolet diuinitatis amore adeo accensa igne spirituali ut
iam dicere posset: Nunciate dilecto quia amore langueo. Posset itaque
nuncius barbare, et nunciauit ei nuncium viri ad quem licet se prouolutus fuerat
obtentus induci, velle intrare ut alexandrinus archiater putaretur. Ut ea
sapiens auribus plusquam mellis dulcedine satiata, protinus has voces
ex imo pectoris fudit. O desiderium vere veritatis, instinctu raptum, veri
fecundis fluctibus agitatum est, quo nunc ad portum diuinae doctrinae attingere
merear. Vix adhuc inter media verba postulat honeste aduocari. Cum ingres-
sus officiosus in Christo deo offert salutem, Ac ad visionem eius consurgens sa-
lutatum reddens inclinam, et tum nomen quam honeste veneratur dixerit quod
ut sonuit auribus eius diaconorum aduenire, illa confestim insilit audibile ut
patrem languendi colore, pridie defraudaret. Qui accedens ad filiam
visitandi gratia, ut vidit ignotum virum se nescire ingressum, quidem sit hic
vocat ait. Quis namque hic et cuius hic. Cui filia ait, est presul alexandrinus, arte me-
dicinae peritus, qui subitam spondet valenciam. Nouum ingenium statim se here-
ticis peritus, qui sciturus hominibus medicinam, etiam animabus curat. Ad presens audiens
alexandrie, qui cum vobis mediatur, etiam animabus curat. Illa autem
et cum sibi in gaudium, fratre gaudet filie cum eo fieri colloquio. Illa autem
memorans, circa se alia occupari. Accepta igitur colloquendi licentia soli
sacerdos et barbara colloquuntur, inter se conferunt sua misteria. Interea per-
lecta epistola origenis, relegitur et a virgine bene intelligitur. Quam vero tenore
epistole, et si quid defuit in plenitudine desiderii in legato requisiuit et ad
libitum adinuenit. Cognito autem quod pater et filius et spiritus sanctus sit solus deus plenus
et perfectus, et quod filius sit missus a patre per susceptam humanitatem honeste perditum
recuperando, et quod captiuum redemisset, et per sui lauacri precia lauisset, accep-
erat ad baptismi gratiam. Anhelat ad fontis porum cum occasione aura
di extorsit itaque a patre ingrediendi balnea pergensque ad flumen quod erat
propinquum patris curie. Et statim ut ingressa est illuc tanta aquarum affluen-
tia summo deo iubente emersit, ut ad umbilicum eius pertingeret. Ipsa vero viso tanto
miraculo orauit ad deum ut aqua ista sanctificaretur. In nomine sancte trinitatis
et per hoc seipsam baptizat. In
nomine patris et filii et spiritus sancti, hec sunt balnea atque natatoria veri fontis qui curat omnes
languores atque infirmitates hominum ea petentium. Et egressa beata barbara, pri-
se sana, leta voce clamare cepit. Ecce tuli in nouitate vite ambulans so-
la quod suscepi sit querens, desiderabique doctrinam deitatis, fidem christianitatis
vite modestia, quam origenes ad eam transmiserat, vnde et exercitata fuit
diuine vocationis supra modum creuit, et venit in eam sua diuina stipendia tribuit
fauente et cooperante spiritu sancto, qui regit pectoralia etiam sine magistro. Deus quia fecit
fidelibus animis, loquendi dilacio in fastidium fuit verti, omissis bonorum operum fruc-
tibus: que ad superne felicitatis beatitudinem per coronam triumphi peruenit. Rauday

De Sancto Vito

Tempore quo valerianus preses sub diocleciano et maximiano imperatoribus
persecucionem christianorum in licia prouincia exercuit. Erat ibidem sanctus
puer vitus multa signa in nomine domini faciens, et die noctuque misericordiam diuinam
implorans, cui hoc a deo est responsum: Efficaciter teneas vitae ut petisti
misericordiam. Pater autem eius hylas, miles, sed sacrilegus, cum eum ad diuinitatem non
posset cultum vocare, cedi iussit, atque pedagogo ipsius modesto
arctato ita precepit. Vide ne alios cum puer hereticos verba loquatur.
Apparuit autem angelus domini infantulo, confortans eum et ait illi. Datus
sum tibi custos, ut custodiam te, usque in diem exitus tui, et omnia
quecumque postulaueris a domino dabuntur tibi. Sed peruenit ad aures valeriani
quod beatus vitus nobilissimi viri hylas filius ihesum christum dominum deum coleret
et adoraret. Tunc preses vocauit patrem eiusdem venerabilis pueri et
dixit ei. Quid est quod audio de filio tuo. Quis deus quem viam

papati / pedagogo

colit adorat Si vis eum sanum et incolumem habere ab hac eum stultitia
revocare satage Hijs auditis Hylas a preside vocavit ad se filium
suum Vitum et dixit ei Fili dulcissime audi patris tui utile et salubre
consilium et ab huiusmodi cultus insipientia cuius ritum nescio quem mortuum
hominem veneratur cuius sectaris labore recedere stude ne forte ira
principis huius provocatus sic furore mentis ad perniciem tui et augmentum doloris
mei desaeviat Tunc beatus puer ridens dixit patri suo utinam mi pater
qualis et quantus is est quem mortuum hominem appellas ipse fidelis filius dei vivi
velles agnoscere et in nomine eius veneracioni et cultu consensum prebere ipse
est enim agnus dei qui tollit peccata mundi Hylas dixit Ego scio quod Christus
quem tu dicis esse deum aput Pilatum in Iudea flagellis cesus et ad cru-
cifigendum traditus et a Iudeis et eiusdem Pilati ministris crucifixus est
Beatus Vitus dixit ut asseris ita est Sed huius rei magnum et admirabile
est sacrumque misterium Hylas dixit quantum ad rem spectat dicam quod potius
supplicium esse quam consteris fore misterium Beatus Vitus dixit pacienter et audi
pater et veritatis suscipe rationem Tradicio et crucifixio Ihesu Christi
domini mei redempcio et salus mea esse dinoscitur a cuius caritate certissimus
esto pater quod nec quevis tribulacio illata me unquam poterit separare
Multi siquidem ceci per beatum Vitum divina gratia illuminabantur multi sanabantur
egroti sed et multa demonia voce publica virtutis Christi merita fatebantur
Hec audiens Valerianus preses sedens pro tribunali patrem beati Viti
coram omnibus hijs verbis alloquitur Iam manifestius Hyla vir illustrissime
audio quod filius tuus illum crucifixum qui in Iudea passus Christum sui cul-
tores nominant tam devote adorat et extollit et deos nostros contempnit
quia propter dignum dicis illum nostris pnitari assertibus Cum quoque beatus Vitus ve-
nerabilis puer tribunali presidis sisteretur interrogavit eum Valerianus
dicens quare dijs immortalibus non sacrificas an nescis quod principes mundi
iusserunt si quis inventus fuerit illum Christum colens diversis penis inficiatur
Beatus Vitus repletus spiritu sancto non trepidans neque ut huiusmodi etatis
familiare est aliqua terroris signa dedit signaculo filij dei sancto ape-
ruit os suum et dixit Ego demonibus non consencio nec sculptilibus
aut lapidibus veneracionem ullam impendo habeo enim dominum meum vivum cui
sunt fideliter anima mea Tunc Hylas pater eius voce magna eiulans
ad amicos suos dixit Plangite mecum quia ego video unicum filium meum
perire Beatus Vitus dixit Non dico perire sed possum in congregacionem
iustorum introire Tunc Valerianus beato Vito dixit quia nobili prosapia ortus
es et amicicia patris tui hactenus me retinuit ut non in te iussa principum
uti in sacrilegium explerem Nunc quia video te obstinata mente in tua
velle permanere sentencia correpcionem interrogabo si te accepto conamine potero
revocare et iussit fustibus mactare puerum Cumque diucius fuisset mactatus
dixit ei preses acquiesce mihi et sacrifica dijs Beatus Vitus dixit semel tibi
dixi preses Christum adoro filium dei Tunc iratus Valerianus iussit in-
fantem cathenis cedi ministri autem eius ut in infantem manus mittere temp-
taverunt brachia eorum arefacta sunt sed et manus presidis arefacta est
Tunc exclamavit preses dicens heu manum perdidi et dolore torqueor
Et advocans Hylam patrem eius dixit ei ut video habes filium magum
Beatus Vitus dixit non sum magus sed ei domini mei famulus qui me docuit man-
data sua cuius doctrina et ope repletus sum qui et mortuos suscitavit
et pedibus super mare ambulavit Imperavitque ei et cessavit a furore suo

Cuius ego sum servus et in cuius virtute sanam possum facere manum tuam Valerianus
dixit fac ut te magum non esse sed veri dei (ut asseris) famulum comprobem
Sanctus vitus ad celum elevatis oculis dixit propter eos domine qui astant ut videant
et credant in dominum nostrum ihesum christum filium tuum unum et omnipotentem in unitate spiritus sancti
tecum regnantem in ipsius domini nostri ihesu christi nomine sit manus magni presidis sana
Et statim manum eius sanam reddidit Tunc preses tradidit puerum patri
suo dicens Vade et emenda hunc filium tuum quatenus acquiescat et sacrificet
diis ut non pereat. Pater autem eius beatum puerum vitum suscipiens intro
duxit eum in domum suam et multis deliciis ac mollibus verbis suadebat ei
timbalis quoque et organis deinde multos temptabat eum et affectabat ancillas suas
saltare ante eum quatenus placeret ei ut a cultu dei sui recedere facilius persuaderet
Ille autem celum incessanter inspiciens dicebat intra se Cor contritum et humiliatum
deus non spernet. Iussit denique pater eius cubiculum omnibus quibus poterat
ornare deliciis et sternere palliis ac decorari lapidibus preciosis et induxit
in eum filium suum vitum. Introductoque eo iussit claudi cubiculum Beatus vero
vitus flectens genua dominum deprecabatur dicens Omnipotens abraham deus ysaac
deus iacob deus patris dilecti pueri tui ihesu domini mei respice in me et miserere
mei et confirma me in virtute tua et non prevaleat draco iste iniquitatis et
malignitatis sue votum custodie in servum tuum ne insultet oretenus fidelibus tuis
et dicat ubi est deus eorum. Cubiculum autem inestimabili claritate fulgebat
et videbatur in eo quasi septem lampades nimio fulgore splendentes. Aspersusque est
suavissimus odor ita ut pater beati viti omnisque familia eius infiniti admiratione
clamarent dicentes Pape numquam vero videtur templis nostris tanta miracula. Qua
admiratione attonitus hylas pater beati viti dixit Dii venerunt in domum meam
ad filium meum. Cepitque curiose attendere ad ostium prospiciens in cubiculum et vidit
septem angelos stantes alas habentes in modum aquilarum inestimabilis pulchritudinis
et splendoris fulgore radiantes Et cantabant agyos agyos agyos ac splendore
reverberante in oculos eius cecatus est. Privatusque oculorum corporalium lumine
didicit secreta celestia non nisi puro mentis cernere posse intuitu. Beatus vero vitus
pietatis ductus affectu pro patre suo orabat dicens Omnipotens celi et terre
domine ihesu christe fili dei vivi qui natus es ex maria perpetua virgine concepte
spiritu sancto ne me separes a patre meo sed eum cum meum aggregare digneris
in aula sancta tua. Verumtamen domine non voluntas mea sed propositum preceptum tuum fiat. Pater
autem eius pre nimio dolore clamabat Heu inquit fili perdidi lumen oculorum
et infiniti dolore ac angustia torqueor. Quorum interlocutione et ancillarum mul-
titudo domini sui plangebant cruciatibus et ululatibus miserabiliter usque perpetuum
ad quem clamorem adeo commota est civitas ut etiam valerianus preses ad vo-
ces populi in domum hylas cum festinatione accurreret. Cumque introisset domum et vi-
disset eum inter manus suorum extensum et infiniti stridore clamantem hoc quid acci-
derit interrogare sollicite cepit Cui hylas inquit in cubiculo filium meum cu-
riose cepi intueri intuitu et vidi deos quorum oculi erant ut stelle et aspectus
ut fulgur et splendorem non fferre non prevalens luce converberante in oculos
meos lumen infelix iam amisi Valerianus dixit Dii magni ut asseris fuere
potentes Tunc apprehendens hylam una cum servis eius duxit eum ad templum
iovis et positus ante aram hylas devovit iovi dicens omnipotens invictissime iovis
si me salvum feceris lumenque oculorum michi reddideris victimas innumerabiles of-
feram tibi et thaurum conflatilem cum omnibus aureis et gemmis sacratis
o dea vesta tibi dicabo ad meum potius fuerit solacium Et nullum remedium
impetrans acriori semper augebatur supplicio Interea beatus infans genua
flectens dominum deprecabatur dicens Qui thobiam illuminasti domine fac mecum
denique pre meo si tibi consenserit divinitus in Hylas ante aras deorum clamans
inaniter tandem ad domum reducitur qua beatus vitus sacrificium laudis deo
sedule immolabat Mox ut productus esset procidit ad genua beati viti dicens
fili salvum me fac Beatus vitus dixit et si vis salvus fieri potes. Ad quem ille
Volo et inhianter desidero fili ipso etiam voluntatem dolore cogentem
Beatus vitus dixit Si vis salvus fieri abrenuncia iovi hercoli iunoni minerve
veste ac appollini Hylas dixit et quo abrenunciatio Beatus vitus dixit

Non deos illos sed demones esse dicis statuas quas hactenus coluisti nichil habere
virtutis confitearis et si ita eos ex toto corde abrenunciaveris mox lumen
oculorum tuorum recipies Hylas dixit abrenuncio eis Beatus vitus dixit In
hac confessione tua intelligo corroboratum esse cor tuum sed propter populum qui astat ut
credat et glorificet nomen domini mei ihesu christi licet non merearis faciam tecum misericordiam
et imponens manum super oculos eius oravit et dixit Domine ihesu christe qui ceco
nato lumen quod natura negaverat tua potencia pie tribuisti quoniam fides eius
non meretur tamen propter gloriam nominis tui illumina oculos huius prius ut videat
et confundantur inimici tui et letentur omnes qui noverunt te dominum Et statim ceci-
derunt tamquam squame ab oculis eius et sanus factus est et respiciens vidit
clare omnia que prius exhibuerat eius obtutibus exclamansque voce magna
dixit sancto vito Gracias ago diis meis qui me salvum fecerunt et non
deo tuo et cepit satagere cum omni studio quibus penis interficeret filium
suum. Angelus autem domini apparuit pedagogo eius religioso viro nomine mo-
desto dicens Tolle puerum et descende ad mare quia invenies naviculam
in qua transfretabis una cum eo in regionem quam tibi ostendero Beatus modestus
dixit Domine viam quam dicis nescio et quo ibo angelus domini dixit ei ego vos
ducam Erat autem beatus vitus circiter annorum septem Ferens autem angelus
domini deducebat eos et cum pervenisset ad mare invenerunt naviculam quam
eis christus dominus preparaverat Consedit quoque angelus domini sub specie naucleri ad in-
fantem dixit ei in quam regionem festinatis Beatus vitus dixit quo nos
duxerit dominus prompti sequimur et hilares Dixit ei angelus domini et naulum
tuum ubi est Beatus vitus dixit Cuius nos sumus filius dabit mercedem Et
ascendentes naviculam applicuerunt in loco qui dicitur alectorius et subito is
qui eos navi deposuit non apparuit Venientes autem iuxta fluvium qui dicitur
siler requieverunt sub arbore ubi dominus per beatum vitum multas operabatur virtu-
tes Ibi vero ministrabatur eis per aquilam celitus et cum concursus plurimus multorum
fama signorum vulgante virtute domini ad eos fieret clamabant demonia
quid nobis et tibi vite venisti ante tempus perdere nos Beatus autem vitus insta-
ter docebat populum precepta domini et multi conversi baptizabantur Beatus quoque
puer gratiarum actiones deo conferens dum predicaret populo divinam clementiam
ac omnipotenciam devotissime decantabat Credidi propter quod locutus sum ego
autem humiliatus sum nimis Et iterum Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum
ita desiderat anima mea ad te deus Interea filius diocleciani im-
peratoris vexabatur a spiritu immundo et clamabat demon per os eius dicens
Si non venerit vitus lucanus non hinc exibo Imperator dixit et ubi possumus
hominem hunc invenire Demon dixit in territorio est Tancretano
iuxta flumen siler Tunc dioclecianus imperator milites armatos misit
ut cum festinacione adducerent hominem quem demon nomine designaverat Cumque ve-
nissent milites ad locum quem demonis indicio audierant invenerunt eum
athletam vitum circa flumen dominum exorantem ad quem milites dixerunt
Numquid tu es vitus Beatus infans respondit ego sum Milites dixerunt
Imperator est magnus Beatus vitus dixit Et ego catulus homuncio ad quid imperator
sum magnus Milites dixerunt filius eius a demonio vexatur et idcirco te ad eum
duci rogavit Beatus vitus dixit Eamus in nomine domini Cumque venissent
romam nunciatur imperatori eius adventus quem mox ad se introduci
iussit Vultus autem sancti viti erat speciosus nimis et flammeus sicut ignis
et oculi eius ut radii solis ut puto quia gracia christi erat repletus Cum
dioclecianus imperator dixit Tu es vitus Ille autem tacuit Tunc cesar
modestum de quibusdam que ei visa sunt cepit interrogare Beatus vero se-
nex modestus et nature simplicis nesciebat congruum imperatori dare
responsum quapropter dioclecianus senem exprobando conturbavit Tunc sanctus vitus
dixit imperatori Cur interrogas senem ut iuvenem vel propter canitiem

debueras ei dare honorem Diodecianus imperator dixit. Unde tibi tanta
presumptio ut coram potestatis mee auctoritate sic furiose respondere audeas. Sanctus vitus
dixit Nos vecaudi non sumus qui simplicitatem serpentum et largitate accepimus
qua propter columbe mansuetudinem imitamur. Angelus enim meus qui nos docuit nam
bonus est potestate magnus et simplicitate modestus Et ideo quia eius discipuli
volumus fieri mites et humiles corde non vecaudi et furiosi (ut denotes nos
esse) dixit. Tunc subito demon per os vexati filii diodeciani imperatoris
clamauit horribiliter dicens O vite quare ante tempus crudeliter torques me.
Cui sanctus vitus nichil respondit. diodecianus vero imperator dixit sancto vito Potes
hunc filium meum sanare. Sanctus vitus respondit. sanitatem quidem illi reparare
possibile est quam ego illi non possum reddere sed per me ihesus filius dei cuius
ego sum famulus si vult eum ab hoc hoste pessimo liberare facilime potest
Et cum deprecante diodeciano imperatore accessit ad eum manum super
caput eius posuit dicens Spiritus immunde in nomine domini nostri ihesu cristi recede
ab hac creatura dei Et statim recessit ab eo demon et occidit plurimos
infidelium Videns autem dyodecianus filium suum sanum et plurimos infide-
lium qui sancto viro illudebant a demonio prostratos et sic in elegancia pueri
complacens blande et affabiliter hortatus est sanctum vitum dicens Consenti
michi vite carissime ut somno sacrifices diis et dabo tibi maximam partem
regni mei et cumulabo te plurimis diuitiis auri et argenti thesaurisque
vestium atque tocius mundi multiplicabo te supellectilibus familiarissimumque et
carissimum te habebo. Cui sanctus vitus dixit Regnum tuum et vestes tue atque
diuicie in nichilum non sunt habeo enim dominum deum qui si perseverauero fideliter
induet me stolam immortalem quam tenebre comprehendere non possunt. Diodecianus
imperator dixit non sic agas vite. sed consule vite potius tue et sacrifica
diis ne diris penis intereas Sanctus vitus dixit Inestimabiliter quidem tor-
mento hec que promittis desidero quoad illam palmam pertingere possum quam
dominus electis suis dignatus est repromittere Tunc dyodecianus precepit ministris
suis ut eum vna cum modesto retruderet in obscurissimum carcerem et
cum retrusi essent in carcerem iussit vtrumque eorum onerare ferro appe-
dente pondera octoginta et carcerem suo anulo signare precepitque ne eis vel
aqua potus porrigeretur et cum reclusi fuissent subito claritas magna re-
splenduit in carcere ita ut custodes territi mirarentur Sanctus vero vitus exclamauit
voce magna dicens In auxilium nostrum tu intende domine accelera et libera nos
ab hac pena sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis et
Susannam de iniquitate falsorum testium ad quam vocem beati viti repente tre-
motus factus est in carcere et lux incomparabiliter radiauit odorque inestima-
bilis respersus est in habitaculo carceris apparuitque dominus noster ihesus et dixit
sancto vito. Vite consurge confortare et esto robustus ecce ego tecum sum omnibus
diebus Et recessit ab eis hec visio ferrum vero quo vincti erant et pon-
derati dissolutum est sicut cinis et erat vna vox psallencium angelorum mul-
torum cum eis in carcere dicens Benedictus dominus deus israel quia visitauit et fecit
redempcionem plebis sue Et erexit cornu salutis nobis in domo dauid pueri
sui hoc audientes custodes carceris pre timore exanimes pene effecti
cucurrerunt ad palacium voce magna clamantes imperator piissime succurre
ciuitas omnis perit cum populo qua voce commotus imperator diode-
cianus dixit custodibus quid est hoc flagicium ut sic permoti irracionabiliter
proclametis. Custodes dixerunt virum quem precepisti nobis ligare in car-
cere claritas magna circumdedit et odor inestimabilis in toto claustro
respersus est et est homo cum illis vito fidelis et modesto cuius aspectum
nullus hominum preualet tolerare eorumque alloquia Et multitudo candidatorum
virorum in laudes hilarissimas prosiliens simul vociferantur Tunc diode-
cianus furore succensus iussit harenarium parare dicens bestiis ferocissimis
tradam eos ut videam si cristus eorum possit liberare eos de manibus meis
Et cum introducti fuissent in amphitheatrum sanctus admonuit vitus

papate suo ut non expauesceret dixit ei fortis esto pater ne timeas gladium
dyaboli quia ecce iam appropinquabit corona nostra. erant autem in hoc specta-
culo plus quam .l. milia virorum absque mulieribus et infantibus quorum
erat multitudo inestimabilis. Cumque sisterent ante eos diocletianus dixit sancto
vito. vite ubi te vides .r. Beatus autem vitus eleuans ad celum oculos nichil
respondit. et imperator repente dixit ei ubi te vides vite .r. Sanctus vitus dixit
Video me esse in amphitheatro omnium fac scelerum quorum futurus es
Diocletianus dixit consule vite tue vite et sacrifica diis magnis Sanctus
vitus dixit Nunquam tibi bene sit dyabole rapax lupe deceptor animarum mi-
ror enim frontem tuam quod tantas cernens virtutes non erubescis sed me persuade
ego enim christo deo cui hostiam votiuam pectoris mei sacrificaui et me ipsum quod
super est meipsum illi sacrifico Tunc pre nimio furore se ipsum non capiens
et imperator iussit ministris parare clibanum et in eo resolui plumbum et
resinam et picem feceruntque ministri sicut eis preceperat imperator et depo-
suerunt in eum beatum athletam christi vitum Dum autem deponeretur dixit
imperator ecce modo video si imperator tuus poterit liberare te de manibus
meis Beatus autem vitus dum consignaret signo crucis viuifice iactatus est in
medio clibanum et efferbuit fornax sicut mare et subito apparuit angelus
domini qui omnem clibani feruorem extinxit Beatus autem vitus in medio clibani
stans ymnum dicebat domino dicens Qui liberasti domine filios israhel de
terra egypti per moysen de iugo durissimo et fornace ferrea fac nobiscum
magis propter sanctum nomen tui gloriam et vocatus diocletianus imperator dixit
ei gratias ago tibi et ministris tuis diocletiane quia in placidum lauacrum pre-
parasti Etiam sabana parate. Vniuersi autem populus voces dabant ad celum
dicentes Tanta mirabilia nunquam vidimus vere enim verus et magnus est deus
infantis huius et exiliens beatus vitus de clibano nulla macula habebat
in corpore sed resplendebat facies eius tanquam nix Domino et psallens dicebat
Probasti me domine sicut aurum igne me examinasti et non est inventa in
me iniquitas imperatorem vero increpans dicebat Erubesce dyabole cum
sathana patre tuo, videns quanta virtute faciat deus meus cum seruo suo Im-
perator demumque magis ac magis in iram accendens iussit adduci leonem
cuius etiam rugitum homines vix poterant tolerare qui cum adductus fuisset dixit
imperator sancto vito nunquam et nunc preualebunt magice artes tue Sanctus vitus
dixit Insipiens stulte insulse et sine sensu cur non attendis quod christus
ihesus deus meus mecum est cuius iussu me angelus eius de omnibus penis
et de manibus tuis potentissime liberabit .r. Et cum dimissus fuisset leo sanctus
vitus signum sancte crucis fecit super eum et leo cadens ante pedes eius pro-
tracta lingua lingebat plantas eius Tunc sanctus vitus dixit diocletiano
Ecce impiissime ipsa animalia reddunt honorem deo et tu non agnoscis cre-
atorem tuum cui si credere volueris adhuc tibi promitto quod saluus eris.
Imperator dixit tu illi credas et omne genus tuum Sanctus vitus subridens
dixit benedixisti me imperator ego enim et omne genus meum quod ex deo
natum est per fidem qua ego renatus sum perpetuam coronam sicut et ego desiderat
in paradiso in illa autem hora crediderunt in christum quasi mille homines
Diocletianus imperator dixit vite multa sunt gesta tua videmus credunt artibus
tuis quibus ignem et feris imperas Sanctus vitus respondit ignis et fere non
artibus imperantur sed quia creature sunt creatori suo reddunt honorem
domino nostro ihesu christo. Vnde tu plus confundi potes quia res insensibiles
et bestie irrationabiles faciunt tu qui rationabilis est creatus irrationabilibus
deterior est Tunc diocletianus iussit ministris ut beatum vitum vna cum mo-
desto papate suo et crescentia que pro nomine beati viti christo crediderunt in catasta
extenderent Sanctus vitus dixit imperatori ridiculosam et imbecillem animi
potentiam tuam quia mulierem torquere iubes corporibus autem in catasta sancti dei

Ita ut dissiparentur ossa eorum et postea appareret et in hac tortura cla-
matus vitus ad dominum dicens domine deus in nomine tuo saluos nos fac et in virtute
tua libera nos et statim terremotus factus est et ceciderunt templa ydolorum
et maior pars populi mortua est imperator quoque territus cum festinatione
fugiens percuciebat frontem suam cum infesto clamore dicens ve michi quia a tali
infantulo superatus sum turpiter descendit autem angelus domini et eleuauit eos
de catasta et subito inventi sunt iuxta fluuium siler et requieuerunt sub
arbore invocante sancto vito dominum et dicente domine ihesu christe fili dei vivi perfice
desiderium cordis eorum qui in tuo sancto nomine volunt gloriari de passione
martirii mei custodi illos domine ab omnibus periculis huius seculi et perduc
eos ad graciam et gloriam magnificencie tue et per dies quatuor narratis mei
non appareat musca quia ymago est demonum in hoc loco martirii mei
et cum complesset sanctus vitus oracionem facta est vox de celo dicens ad eum vite ex-
audite sunt oraciones tue Et hiis dictis beate sanctorum anime egresse cor-
poribus in similitudine columbarum nive candidiores comitantibus catervis
angelorum psallencium choris celum cum gaudio petierunt per triduum autem
superne munere aquile custodierunt corpora eorum · tercia vero die cum flore-
cia quedam illustris femina sanctis locum gestaret ab equis in basterna
super ripam fluminis siler subito exilientibus eisdem equis quasi pauore
quolibet territis rapta est modo mirabili in fluminis medio Et cum cepisset
mergi apparuit ei sanctus vitus super aquas ad quem florencia cum infesto cla-
more dixit Si angelus dei es libera me Cui beatus vitus respondit Ego sum
vitus a domino salutis humane auctore et provisore transmissus ut liberem
te quo sepelias corpora nostra et quicquid pecieris in nomine salvatoris cum oracionibus
nostris impetres · · et hoc ordine ab impetu fluminis erepta florencia
collegit corpora sanctorum et aromatibus condiens sepelivit ea in eodem
loco ubi requieuerat qui dicitur marianus Passus est autem sanctus
vitus una cum sancto modesto et crescencia Sub die xvii kalendas julii
regnante domino nostro ihesu christo cui est honor et gloria virtus et imperium in
secula seculorum ; Amen ·

Rebound by Tribolet 64 RAN Corp Funds

GREGOR-
IUS
MAGNUS